



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 79. Maximilianus Brugis custodiae datus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ut Rassinghamium, quem sibi non minus aduersum, quam Gallis addictum compererat, comprehenderet, captumque ad Vilvordiæ castrum abstraheret. Ast quidam nomine Liekerkes secreti mandati conscius, tanta dexteritate usus est, ut Rassinghamium ex arce ereptum, Tornacum conduceret, qui ambo haud multo post tempore Gandavum delati, civibus ea, quæ Rassinghamius pro patriæ salute a Maximiliano perpessus esset, exponebant, simulque Flandriam a Germanis sæde devastari referebant. Sola horum narratione jam credula gens ad communem seditionem accendebatur, unde mox ad arma convolant Gandavenfes, Cortracum dolo occupant, atque Ypram voluntaria deditioe sibi vendicant. Hac indignitate facti Romanorum Rex graviter commotus, nulla mora Flandriam pro summo imperio sibi subicere, ac rebelles aperto Marte compescere statuit.

Sæcul. XV.
A.C 1488.

§. LXXIX.

Maximilianus Brugis custodiae datus.

Magnæ molis erat Romanorum Regis consilium, illudque præprimis Brugeses sibi oppido fatale futurum præsentiebant; verebantur enim, ne Rex Gandavensibus superatis in eos quoque, utpote illis iramoto studio addictos, totum

Sæcul. XV. tum armorum impetum quantocius ef-
A.C. 1488. funderet; Conceptus iste timor primum
 emunctioris naris Viros invaserat, po-
 stea in plebis civiumque animos velut
 communi incendio diffundebatur, qui
 ad hunc rumorem tantopere commoti
 sunt, ut quantocius portis & moenibus
 occupatis præcipuas urbis vias obside-
 rent, nec non Maximilianum, suis dun-
 taxat famulis atque satellitibus stipatum
 capere, atque in cujusdam Pharmacop-
 olæ domo custodiæ dare non erubescer-
 ent. Demum omnes hujus habitaculi
 fenestras crateribus muniunt, necnon ex-
 cubiis circumpositis, ipsi in Prætorio ur-
 bis congregantur, & Maximilianum a
 gubernandis Archiducis Philippi Filii sui
 ditionibus exclusum declarant, postea no-
 vos Magistratus creant, & captivo Regi
 nonnisi duos famulos attribuunt, cete-
 ros vero in vincula conjiciunt, ac Proce-
 rum plurimos Maximiliano addictos ca-
 pite plectunt.

§. LXXX.

*Paëtis conditionibus Maximilianus li-
 bertati restitutus.*

Marian. hist. Fridericus Imperator comperta perduel-
Hisp. l. 25. lium violentia mox Flandris præce-
e. 12. pit, Maximilianum Filium ejus libertati
Raynald. ad assererent, & si obedire renuerent, se
kuncan. n. 2. cun-